



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.  
Iesv Theologi**

**Albertini, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV**

Cap. 8. Gentilibus, paganis & cuiuscunque religionis aut superstitionis  
cultoribus singulis assignari à Deo ad custodiam aliquem Angelum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](#)

CUSTODE. CAP. VII. 73

relictam, sed tanquam magistro uti  
illo consueuisse, qui ut piè creditur,  
cælestib' mysterijs imbuebat. Præ-  
ter hunc porro alium quoq; Angelū  
habuit sancta vidua, quarti chori,  
raræ pulchritudinis, conformem  
primo, qui continuo splendore vul-  
tum illi' mirificè illustrabat, & re-  
creabat. Quomodo autē primū or-  
dinariè cernebat manus complican-  
tem in formam crucis, ita alterum  
manibus ferentem triplicem palme-  
ramum deauratum, & ambos oculis  
in cælum sublati, capillis aureis, &  
facie multo clarissima; ex quo col-  
ligere est, quantum meritorum cu-  
mulum sancta hæc Francisca co-  
ceruarit.

CAPVT. VIII.

GENTILIBVS, PAGANIS,  
& cuiuscunque religionis aut super-  
stitionis cultoribus singulis assigna-  
ri à Deo ad custodiam ali-  
quem Age'um.

**L**IBERALITAS hæc Dei assi-  
gnantis vnicuique proprium  
**D** Custo-

## 74 DE ANGELO

Custodem Angelum non utique Catholicæ & Christianæ Religio-  
nis terminis constringenda, sed vi-  
terius extendenda est ad Ethnicos  
& Hæreticos, quos similiter diuina  
Misericordia voluit, per proprios  
Angelos defendi & custodiri. Quin

S. Th. I ipse AntiChristus, ut S. Thomæ &  
p. q. II. Alensi placet, munietur custode An-  
gelo, qui impedimento erit, quo mi-  
ten. d. II. nus ad maiora mala manum exten-  
Al. s. I. 2. dat. Quod autem Gentiles, Idolola-  
q. 4. m. træ, & consequenter cæteri Angelis  
4. a. a. custodibus stipati sint, perspicuè te-  
Ægypt. in statur Propheta Daniel. Cū enim tri-  
2. d. II. q. b' septimanis in cōtinuo prope plā-  
I. a. 3. Rich. & Etu ac ieunio decubuisse, Deo sup-  
alij ibid. plicans, ut populum suum è captiu-  
itate Babylonicâ liberaret, Angelus  
ipsi apparuit, & quidem si Cassia-  
no alijsque Doctoribus creditur,  
Dñ. c. 10. Gabriel, dicens. Noli metuere Da-  
Cass. col. niel, quia ex die primo, quo posuisti  
8. c. 13. Perer. ib. cor tuū ad intelligendū, ut te afflige-  
res in conspectu Dei tui, exaudita sunt  
verba tua & ego veni propter sermo-  
nes tuos: Princeps aut regni Persarū  
mihi restitit. Quis Princeps Regni

CUSTODE. CAP. IX. 75

Persarum? inquit Greg. Angelus bo- Gr. l. 17.  
nus q̄ præsidebat Persiæ tametsi hæc mor c. 8.  
hominibus sceleratis & idololatris Theo in  
redundaret. Cæterum Angelus hic c. 10. Dā.  
Persiæ, restitit Archang. Gabrieli, q̄ 2 V. D. Th.  
Deus voluntatem suam nondum ex- a. 1 q. 113  
presserat. Vn° liberationē populi I- Sancta  
raelis vrgebat, tum quia piculum contentio  
erat, nè quidā illorū malo idola- inter An-  
trarū exēplo cultū veri Dei desere- gelū Per-  
rēt tū quia multorū innocētia & sā- fiae, &  
etitas huiusmodi supplicium mini- Angelum  
mē promerebatur. Alter nimirū An- Populi  
gel° Persiæ retardabat, q̄a moribus Hebræa  
& cōuersatione sancti illi° populi V. Perer.  
multi Persiæ alioquin infideles & I- e. 10. Dā.  
dololatre ad verā fidē cōuertebātur. Virg. ad  
Atq; ita precib° & oratione suâ à Deo c. 12. A-  
obtinuit, vt liberatio Hebrei populi ment. 1.  
vigin. & vno dieb° procarstinaretur. sect. 17.

CAP VI. IX.

QVAM NECESSARIA NO-  
BIS sit custodta Angelorum.

Vsq; adeò natura p̄ peccatū de-  
bilitata est, vt nisi Creator De°  
peculiarī eā auxilio subleuasset, pr-  
sus defecisset, nunquā finē consecu-

D 2 tura